




OCTO TOMI, AVTHORE BOBIO,

Primus, de præsentaneis, ac Legitimis, potentibusq; Antidoris, ad  
sanandum lætale multiplexq; venenum. et pro conseruatione  
tam Heroum, quàm sapientum, Regum opus.



Cum privilegio, Acpenis, horribilibusq; censuris, Addito  
etiam diuifim coniunctimq; Interdicto,  
Ad Decenium.

• 1556.



CITO TONI, AVTONE BOBIO.

Ymago & emblemata de Iohanne potentialibus...  
Laudibus...  
Cum... de... sep... regium...



Cum privilegio: Regale: horribilibus...  
etiam...  
Ad...  
1225.

¶ Contra Dæmonē venenum, tam ab Orientalibus peritissimis, quam ab Auctore, Arcana vsq; modo incognita.

¶ Primus Tomus. Aduersus veneficos, Accidentia & Remedia, cōtra omne larale venenum, Mūnus nunquam, adhuc in lucem visum, dignifq; doctrinarum Annotationibus adiunctis. Quod Regium Opus et vitæ humanæ salutis non inmerito a sapientibus vocatur.

¶ De vrinis fallacibus cognitu, nūc oīz accidentiū coloribus scitis, vt vix ab omnibus cognosci valeant.

¶ Secundus Tomus. De vrinis. De omnibus videlicet signis, quibus sine errore cognoscuntur. Negotiū non facile, ad tot agnoscenda accidentia. Nam vere experimentū est fallax, iudiciūq; ad agnoscendum difficile. Opere tamen (vt dixerim) in tanto, tam qualitas q; substantia, ac colorum varietas, a cūctis vix agnoscetur.

¶ De Balneis viterbii memorabilibus.

¶ Tertius Tomus. de Balneis viterbii longa ratione et experimento ad unguem, alta mente discussis, sepiusq; probatis, Incolisq; veteranis commitantibus.

¶ De Balneis Sancti Cassani oīz præstantissimis.

¶ Quartus Tomus. De Balneis. Sancti Cassani, in Agro Senensis, Illustribus Summa cum diligentia crebro reuisis, atq; tam ab Auctore, qz vix nūabilibus vtrifq; sexus nobilibus, probatis, ritulisq; Ingentibus toto Cælo declamatis.

¶ De Quinta Essentia, oēz ægritudinem venenūq; sūmo impulsu deiciens.

¶ Quintus Tomus. De Multiplici Quinta Essentia, more Sophoræ et quæ Auctor legitimo, bina vice propriis manibus modo, perfecit Hæc Infandum sanās, ex templo, venenum. Cunctas ægritudines, quanq; chronicas, velocissimo depulso eiicit, deperditū restaurat, diutiusq; in sanitatis bñficio seruat.

¶ De Malnascentibus, vulneribusq; viliatis, deuotis sanandis sermōibus.

¶ Sextus Tomus. Quomodo vix Infirmittates singulæ, & malnascentias, ac vulnera viliata: salubribus, ac deuotis sanantur verbis, signanter tam pro Christi pauperibus, quam pro illis qui carent medicis.

¶ De computatione ppetua, vbi citant dies, quibus tempestas: ac pluuie, hostilesq; venti signantur.

¶ Septimus. De infausis totius Anni diebus, videlicet stabili pro semper computatione Astrolog. Stella. n. vicarię dicuntur Altissimi, et virtus



tes elargiens, eas proprio nomine vocat). In hoc nempe Tomo, si-  
gulis in zodiaci mensibus, seu totius anni, perpetui assignantur dies,  
videlicet, De tempestate fienda, et Pluuias aut hostili ventorum fra-  
gore. His .n. diebus, nisi maximo vigente negotio, neq; Pharma-  
ca sumi debent, vel itinera prosequi, precipue anobilibus, & qui gracilis  
sunt texturæ. Nam et auctor ambos ventosos dies passus (quia huius  
modi est complexionis) dira egritudine per tres etiam menses exha-  
usta virtutes laborauit.

¶ De Missa omnium Sacrificiorum sine optimo, in qua tot  
Myteria, quot in Phœbi radiis Atomi seu corpora par-  
uas parumq; dixi: et minus est omne quod loquimur.

Octauus Tomus. De Sacrificio quam vulgo Missã dicimus, Quod cum-  
ctoz est Sacrificioz, terminus vbi de tãti Mysterii tractatur præconiis.  
Ibi enim tot Sacramenta sunt, quot Ce remonatarum actus et verba.  
Igitur, Materia omne superabit opus.



Excell<sup>mo</sup>. Principi COSMO Medicæ, præpotenti ac  
Sapientissimo Florentinorum Duci.  
Lodouicus Bobius Romanus.

S . P . D .

**Q**VI Monumenta Principibus dedicant, potentissime Dux, pri-  
mum de Laudibus eorum ordiri tentarunt, vt in sui beneuolentiã  
illos alliciant. Ego autẽ minime seruire coslitui, quum nec mi-  
hi ventat nouus amor. Aut in id Lacedæmoniorum incidam elogi-  
um. Nam de Inuictiss. Hercule quidam agere volens, eleuato in eum  
supercilio. Quis (aiunt) de Heroe tanto minus bene sentiat, quin in-  
ter Cælicolas colat, obseruet? Tanta etenim virtutum tuarum ampli-  
tudo, et in omni bonorum genere splendor, vt minus sit omne quod  
attentatur. At miratur cœteri multiplices ite naturæ & fortunæ Dotes.  
ut Iustitiam quæ inter reliquas virtutes, velut inter astra Lucifer, ac  
luna splendet. Quidam munificentiam, animiq; magnitudinẽ, ac pru-  
dentiam, cui se conformiter habet (velut rationi recte tanquam ad si-  
gnum) vir qui et virtute et Sapientia est præditus. Ego autẽ Excellen-  
tissime Princeps, præcipuam admiror in te Charitatem, qua litera-  
tos cõplecteris, hac dura tempestate, qua ob perniciem bellorum im-  
portunam; pax vnã cum pierate, Philosophiã; (pia Diuinarum hu-  
manarumq; rerum inuentrice, ad æthera Chaud præpetibus alis) euo-  
lasse credatur. vbiq; enim demens ægũ discordia finem capit. Quo-  
cumq; fideles lætali implicuit bello, nec discordia finem capit. Quo-  
sit vt hoc nostre ætatis tempore, Nullus existat Princeps, qui philoso-  
phos complectatur, te dempto, qui viros virtute præstâtes fouere nũ-  
quam cessas. Qui hylares exclamant. Sunt hic sua premia Laudi.

**N**EC te cum Cicerone: fugit. Philosophiam bonum esse: quo nul-  
lum oprabilius: nullum præstantius, neq; datum est mortalium ge-  
neri. Deorum concessu atque munere, neq; dabitur. At si Pythagore  
lamii dogma, Maronisq; nostris, quispiam sequi videretur (tanquam  
foris, vatumq; ignarus) ambigeret hoc ipsum afferre, in te Sapien-  
tia, propitiq; virtutibus Illustrẽ (non recutiente fortuna) Cœlestes  
illos, Macenatis, aut Laurentii tui Medices spiritus: haud dubio redi-  
isse. Ambo animis Insignes. Ambo totius Sapientiæ Columnæ vere im-  
mobiles, dum literarum velut excelsi regni molem, Herculeo susti-  
nerint humero. Hic sanguine claro: ille virtutum meritis, tibi maxi-  
mis in rebus, Aus vterq;. Nempe hæc, penes Legitimos principes,  
summa rerum, et quos fauores tanto splendore fœcundat. Tuq; vir-  
tutem illorũ nouã miratus, paterna addis et arma ( quibus admodũ  
lo se gloria tollit Aeneadam.) His genitor non Achillis filius, sed  
alter Achilles iure quidem appellatus. Nunc vero tantarum verso car-  
dine rerum, pacato Struriæ Regno, patriis exornãdo Legibus, ipsum  
summa tuæis potestate. Qua in re: cũ Plutarcho illud Alexandri ve-  
re Magni, de te referam Dux Inuictiss. ac Italiæ dulce decus. Vnũq;  
velut Cõmune Lumen ad vnũuersos pertineret: nunc vero terra quæ  
Alexandrum non vidit, perpetuis prope dixerim tenebris dannata est.  
Hic et Sophorum Principem, videlicet Aristotelem, tanta obseruantia  
ut patrem coluit, vt omittis innumeris muneribus, quibus donatus fu-  
it, Stagiram illius urbem, a Philippo dirutam, suis precibus instaura-



uerit, vt Philosophū sibi dantem bene esse virtutum, et viuere Intellectus videlicet, Sapientia: sine iniuria quidem, genitori proponeret tantum esse naturæ largienti. Quinet ipse Ingeniosus Monarcha sortitus animam bonam a Superis summum euasisse philosophum se se ostendit. Nam expeditio, Clases, Consilium, talem fuisse insignem uirum declarat. Quamquam/ non hæc sine numine Diuū Eueniunt. Idcirco a tanto orbis Principe disces (vt reor) atq; perficies, et in quocernere erat humanitatem belligeram/ mitissimam fortitudinem; primum in Heroicis, videlicet/ liberalitatem, iracundiã exorabilem; famamq; amoris modestiam. Sic iidem et progenitoris Laurentii Sapientiam, Patrisq; genuina, ac Mauortia arma, generisq; tui proauthoris, vestigia teres. Tam enim ambigo, vtrum Principem an Regem te appellem. Age igitur vt Iogæuus, exactisq; lustris Nestoreis, post te regnū tanquam cecutiens fiat/ palpitet/ atq; Languescat. Et quem a te heris (vt dixerim) vnguiculis, insitum coalitumq; virtutum amorem habueris, memorando prosequere. Modo quū tua in florenti Florentia regnas (a deo scilicet, a quo ois potestas, vt sacræ oñdū literæ) vnde et scriptores gentiū idem autumat. Ab Ioue sunt Reges: Sic et Homerus inquit. Principes, populorum sunt pastores. Diuinisq; auspiciis in regno ætate florida flores. Idcirco et nostros (quamquam paruos) odores largimur. Qua in te Dux splendidissime Laboriosas illas Lucubrationes, delecto Principi sacrare decreuerā. Tandem inter cunctos Italiæ Heroas, solus veluti Sol alter inter lydera apparuisti: qui et Cosmos videlicet/ mundus, diceris, cui sociamus et Astra. Nā cuz philosophis Arabes, recte putant, Solem in medio Planetarū velut in regno, Imperialiq; solio residere. Ceterorum Dux est, paterq; luminū, perfectus moribus, inobliquabilis (dum semper sub Ecliptica, seu Ductoria regis, proprios perficiat cursus) Cœlestiumq; orbium, dominus excessus et magnus. Naturę condite Lampas, ac filius Dei (secundū Platonem) nō primus (quia est verbū .s. oīū declaratiū quę in essentia illius sunt) sed genitus secundus, dum oīa fœcundet, post omnīū Parentem Deū. Sicq; In medio residens complectitur omnia Phœbus, Quo sit pari modo, vt Pilsarum Perustarū Studiōs, velut ætate serena, virtutū literarumq; recentibus in hortis, floribus insidant variis, tuo calore suffulti. Quibus et Megacosmos itidem illustratus, tanquam igneis syderibus ornatur: dum cunctis influant genibus, vt stella (que et vicarię altissimi ab Astronomis dicuntur.) Hiī namq; ægritudines, ac lætale venenum sanādo, principes, cū fide, libus populis diutius seruant. Physicus nempe, veluti cœleste oraculum, tanquam Apollo et Esculapius alter, ab Olympo descendisse videtur. dum animas vix ab vmbriis reuocet, Idcirco ipsum, Dei Sapientia memorandō atollit, dū precipit. Honora Medicum: propter necessitatem et enim creauit illum altissimus. Hic Dedat Nature parentis, artifex atq; Minister, cum simplicibus composita noscit, artorum motus, et quanta firmitra Potentia rebus. Alii vero et Iustitiam et equitatem ad apices Iuris, vt decet, tuentur. sic æqua Læce, omnibus quod suū est tribuūt. Priuatis enim iura donant, Legesq; viris, singula, iustis partibus æquant. Partosq; Labores (que et castrensia bona) affluentī manu consulendo disseminant, virtutes atollunt. Boni eis regnāt. Criminosi, scelereum dant pœnas, fontesq; vertuntur in melius, et ad sus Principis





Principis sanctos conformantur mores, aut si pascuntur vitis, puniuntur. Frugiferam pacem in Repub. nutriunt, irarum casus aduersæ fortunæ temperant. Nam Imperium Legis Maximum, quia Deus est. Quemadmodum enim, vniuerso Altissimus illabendo cuncta moderatur. Sic et princeps vnus, videlicet, bonus, Rempub. sibi creditur, Sapientia (quæ omnia regit) potentia, Legibusq; tuetur. Non enim Lex coepit quando scripta fuit, sed cū mente Diuina incepit. Ergo et ipsa aeterna, resq; diuina est, ideoq; potentissima. Quæ in te in præsentia scire iuuat, fortunæ anfractus, nisi a deo (cui res summa potestas) sacris legibus, et sapientia superari posse, nã et potentes his armis regnauerunt in orbe. Ecce Eximius ille Prophetarū Moses, tot debellaturus gentes, qui cum Deo Opt. Max. loquebatur non p. Enigmata (vt sacra refert series) sed vt amicus fatur amico. Hic a Sapientiss. Sophorum Antistite, videlicet Terro consilium accepit, quod tanquã pulcherimū, diuino consulto, in lege sacrosancta sancit vates. Sic primum Pharo Opulentissimæ Aegypti Rex, virgineū Ioseph præfecit regno quia somniū fidei interpretatiōe aperit, orbem afamis clade seruauit. Nabuchodonosor primam vniuersi Monarchiam, videlicet, Assiriorum regens, Daniele Doctissimū & abstinentem præ oibus extulit. Nempe Spiritu nedum sanctorum dei, verum etiam Sapientia, ingenti munere Diuiz ceteris abundantius, caluerat. vt in extinctione Draconis, quod magis ad doctū prudentemq; virū (teste Hieronymo) quã ad vatem attinet. Quem et Sapiens Darius persarū atq; Medorū Imperator, collegā habuit, ac tertiu in regno (scilicet post vxorem superuisibilla diligendā, vt Christus Ecclesiam, quam ppter valuit tantos perferre labores) tenere nō horruit. Sic et Alsuerus ille magnus, super centum viginti septem prouincias regnans: cuncta, Sapientum cōsilio agebat. Septemq; Duces, ex omnibus regnis Doctissimi. (vt Imperatoriam M. te. decebat) semper astabant. Quam tum præstātibus armis, tum etiam Sapientia excolendam, in Sacraꝝ legum frōte, est a Christianissimo videlicet, Iustiniano (Iustitiæ decore supremo) sapientissimo Monarcha sanctū. Nam Iustissimus vnus, et seruantissimus æqui. Hoc idem de more, penes externos Legimus. Quemadmodum summo Iouli, Hesiodus etiam summe Sapientem, videlicet Prometheū cōstituit. Euripides Tiresiã vate, regi Thebarū Creōti. Agamennō Magnorum Ductor Achiuū, Nestorem, annis bis centum, et Sapientia grauem Ingenti honore excoluit. Hos Doctiss. Clarissimuscq; vatum Vergilius imitatur, qui fidum Achatem, placidoq; pectore regentē animos Ilioneum, pio Aeneæ comites dedit. Sic enim Lege naturæ, et Iure Maiorum cautum est: vt diuino datur cernere Platonē ad Dionysiu, v. Sapientia, potentiaq; in Idē tendat simulq; cōgrediatur. Hæ Alæ præctiōis Deifere sūt, qb Reges regna dicunt regere. His enī Inualescūt Impia, et bonarū artiu studia: resq; fortunæ, icremēta suscipiūt. Nos igitur iter ambo Gymnasiarū Doctissime princeps Locauimus: quibus et presentes Tomos Dedimus, Perusie videlicet, Gimnasis, ac antiquæ Pifarum tuæ vrbis: et vbi indefesso veraris animo. Ambo enim Clarissima Hespeticæ magnæ Lumina. Idcirco Prætorum Sapientumq; Dogmata sequētes, vestigiaq; eorū terēdo pes meus (quãquã nō passibus æquis) tibi primum, ante alios Suauissime Princeps, nostri Laboris primitias dicamus: tanquam principum Regumq; defensores, præcipue

precipue bonorū, ac si honorū quanto magis tui: ac si quisq; tui, quis  
me in hac parte magis? qui omnū es Optimus, et præstantissimus.  
Quare quū tot nexibus domui Mediceę tenear, siue quod ex Optima  
et mihi charissima in primis gente: seu ꝑ Sapiētissimus ac præclarissi-  
mus Princeps: Opusculum hoc aduersus omne Lætele venenū: ac de  
Remediis tibi meritisimo Iure mitto. Cuius ope si quando quod  
ferit, et protegas: et in Cosma Mediceo tuendo, vere mundi ornatū  
tuearis. Meę igitur gratitudinis Argumentum, hylari qua soles frōte,  
ac potenti dextra accipias: potiora ( diuino fauente præsidio ) suscep-  
turus. Vale, in quo est tuta salus, et de hostibus spes certa. Triumphū  
Perusę. Kal. Februarii. M. D. XXXXV



**Idem Ludouicus Bobius.**  
**Clarissimis Perusiæ, Ptsarumq;**  
**Sinasij Lectoribus, et Studiosis.**

. S . P . D .

IN OCTO TOMOS.

**Proemium.**

**S**IC VTI ex gemina Substantia, Terrenis videlicet artibus, et diuina mente, Sanctius animal constat, Studiosi Docilis. sic eidem curando duplex remedium est. vnum quo exterior, alterum quo interior homo curatur, Ac corpus quidem potentibus Pharmacis releuatur, Animus vero (tamq; Opt. Max. parentis Dei) supremi munus, graui sapientia, multipliciumq; studiorum exercitationibus roboratur, atq; bonis perficitur habitibus. Sic studia sequimur in quæ prona conspiciuntur ingenia. Citharædus. n. canoris fidibus, docta manu / plectroq; coccinâ, suauemq; reddit harmoniam. Quod cunctorum naturæ parenti euenit. Nam si vniformes producerentur homines, vix vlla ratione possent subsistere. vcluti homo: si totus oculus, vel pictura / si color vnus esset. Qua in re diuerso naturæ, & artis ordine oriuntur. Mechanici / vt faber, nauita, miles, Trapezita. Hinc et poetæ ( qui Sophi appellantur ) et historiarum Scriptores. Rhetores, Dialectici, Physici, legumlatores, Philosophi, Alti Metaphysici, Tandem suprema in arte almi Theologi. virtutum series ut fixa salute duret in æuum. Hæc autē pro virili parte nostris in lucubrationibus apparent. Qua propter multos in præsentia Tomos in lucem dedimus. Ne frugiferum dñi talentum, solo abscondisse videamur emptamue lyræ clauo suspendisse aut retentums et desidem arcum continere. Frustra namq; sit calceamētum (Auer. testimonio) ni calceandi sequatur effectus. Horum igitur memores, à pubescente gena ad hunc diem, quo videlicet sexro vltra septuagesimum tandem anno functi ( fauente Dei præsidio ) in cuius manu est omnis hominū flatus, et qui omnes vsq; in senectam, et senium pascit ) Inter summos ( dum rerum causas scrutamur ) videlicet philosophos, clarissimosq; theologos detriti sumus: ac indefesso etiam animo, in his laborioso, solertiq; studio per bis quaterna, & amplius lustra insudauimus, surgentesq; literas secuti sumus. Afraniumq; Poetam Græcorū imitari in cogata dicēz. v sus me genuit: Mater peperit Memoria. Sophia vocant me Graii. vos sapientiam Deniq; tantilli, Tenutzq; minerva quanz simus, mens tamen, cura, labor, pares fuerunt. Nempe circa Sophorum speculationes, subtilibusq; Theologicis in rebus habile exquiritur Ingenium. Non enim cuncti ad philosophandum reddunt idonei. ( dum multiplex genus hominū / vt arboreum, atrici potentiz / vt plaræ indulgeat. ) Incredibile studii,

B. Som



Somni parcitas, et propositum constans, quod noctibus, pro di-  
 urnis vratur deliciis. Nos igitur tot labores insomnes, tot euigila-  
 tas noctes, dicere probis constituimus. ( Non enim perfidos hæc  
 decent ) Ne videamur sanctum dare canibus ( vt humani generis  
 seruator in Matheo nos admonet ) ex quorum coetu, tamquam  
 Solaris solio / iustitia ( virtutum præstantissima ) irradiet / pietas  
 vigeat, deum rerum omnium auctorem honestet. Respub. au-  
 geatur. vt cum cœlesti, gentiumque doctore coadiutores altissimi in  
 Mysterio sanctorum fiamus. Hæc mihi diu mentis acie contempla-  
 ti, Clarissimum Perusie Urbis, florentissimumque Pisarum, ac me-  
 morabile Gymnasium, præ omnibus occurrit ( vt sapientiss. ac  
 inuictiss. Florentiæ Ducem, & literis, et virtutibus comitæ. Quæ  
 velut apes / per florida orbis rura decurrent, virtutes varias / Doc-  
 trinasque multiplices, tot sudoribus, et impensis demum partas, mel-  
 lificio Dedali operis, onusta deducunt ad propria. Tunc sacer vr-  
 bis Senatus, cum patribus, populoque veluti nouo sponso, festiuus  
 occurrit. Turbaque mirabitur matrum, & prospiciens euntem  
 Attonitis inhians animis. Lætitia, ludis, viæ, plausus, frement.  
 Hic parentes dulcia figunt oscula. Germani hilares citi adsunt,  
 maximo hinc inde suscipientes amore. frequens sororum ordo a-  
 stat. Omnis pertentant gaudia pectus. Lachrymæque decoræ, ac  
 suaves, per Lactea colla decurrunt collectos in sinus. Reliquum  
 vulgus attollens insit. O fortunatis, qui talem genere parentes.  
 Doctor autem nuper creatus / horum sit memor. ( Nam forsitan et  
 hæc olim meminisse iuuabit ) Primum vt grauitate, modestiaque, so-  
 tius hæc virtutis heroicæ splendor, seruatis, ita orsus, referat  
 quæ sunt maiorum et sapientum digna relatu, et ne videatur in  
 Ranam Seriphiam verti / Latinæ loquantur literæ. Hoc subinde  
 recolat solere Sapientes verba sua onerare sententis. Res etiã no-  
 uas, et admiratione dignas ( veri maiestate seruata ) referat. Iuxta  
 illud, Ille regit dictis animos et pectora mulcet. Splendidissimo  
 tandem dicendi munere, frugifera pacis, et Reip. prouentum  
 attollens / patriæ veluti piæ parenti vltro sese offerat, et donet. Sic  
 primis honestabitur ab ea honoribus. Dehinc magis ac magis exte-  
 rorum Oris illustrabitur. Virtutis enim ( vt Romuleæ gentis, ex-  
 ternarumque reru / nobilis Scriptor Valerius refert ) vberissimum e-  
 molumentum est honor. Quod ipsum et Philosophus noster, alta  
 mente autumans / sua sententia tulit. virtuti perfectæ nõ fieri con-  
 dignum honorem. Hanc et tu semper sequere / et vestigia illius a-  
 dora / quia adhuc post cineres superstitem, et immortalem reuerer.  
 ( Nam eadem sequitur tellure repositos. ) et atdens ad æthera, licet  
 paucos / tamen vehit. Idcirco illud Hesiodi sapientissimi Graiorum  
 infixum teneas. Virtutem posuere Dei sudore paradam. Tunc Di-  
 uini Platonis elogium non excidat. Voluptates, vt meretriculam,  
 a virtutibus, et veritatis indagine / animumque maxime detrahere.  
 Torqueamus igitur crebro Intellectum, et super omnes Reges Sa-  
 pientissimum Salomonem audiamus dicentem. Qui pungit oculos,  
 producit Lachrymas, et qui pungit eor / sensum. Sic, quo te vo-  
 cent terræ disertus, et sapiens a cunctis reputaberis. Ac Gymnasium  
 vnde in virum perfectum existis, indes splendidius reddes. Vos igitur

A Græciæ  
 Insula /  
 quæ Seriphus di-  
 citur. Ibi  
 Ranæ sūt  
 mutæ, trās-  
 latę canūt.  
 Pli. Octa-  
 uo. Cap.  
 . 58 .

tur Studiorum flores, in Domino charissimi, hortor, vt tali  
quam Sagittarii periti/acie fixa, constantiq; manu/ dirigatis tela,  
Omnig; arte magistra/petatis signum, Gymnasium semper excellen-  
tes: Etenim (Ni ita fiat) incassum tanti ortus dabitur initium. Im-  
penzq; in tenues soluentur auras. Sic velut inutiles fuci, cum filio  
prodigo/fraudatis Laribus/reliquam consumeris annonam. Hic,  
Seniori mihi parcite filii in Christi visceribus, quia zelus domus  
domini, et Reip. et vestri, comedit me. Quanquam potius reor  
vos singulos in Clarissima Italia Lumina velut Ignea Lydera (pe-  
nes Solem saepe repetitum) euasuros. Praesertim si Tomos etiam  
nostros/tot laboribus vobis editos excolueritis. Qui et si bru-  
males (Mense scilicet. Februario nati, vt tamen precoces. (Zoillo  
nullo latrante) virentes, primo nitore rubebunt. Inter cognatas  
enim solennitates/videlicet Seruatoris apparentis in carne (qui et  
de radice Iesse, verus flos conuallium) tunc et parui etiam nostri  
flores ad illius crepundia/ac in diuersorio, cunabula/suas erum-  
pebant gemmas. Ille in presentia, cunctis in templo sancto, vnicus  
virginis fructus/patule sese ostendit (quia tum omnis homo salu-  
tate Dei aspicere valuit). Sic et modo nostri etiam Tomi tanquam  
illius fructus/vobis apparent in lucem. His nempe mellisili Die-  
bus, felicitibus votis, et Saturnia vere pacis regna mortalibus rede-  
unt: quibus verbum Summi opificis, ex Alma Deipara caro, seu  
verus homo, factum est. Dum humanitatem videlicet singula-  
rem, in se, propria personalitate diuina inleuit, quando paruulus  
virginis natus, et Dei patris filius, datus est nobis. Appropiate spi-  
ritus sancti operatione, propter summam bonitatem Mysterii. In  
quo tota Trinitas exprimitur, quanquam persona secunda humanu  
cinctorium, suppositando terminauerit. Tunc arte diuina et ope  
genita patris, sapientia panditur. Quando humana sub imagine, in  
terris visus, et cu hominibus conuersatus est. Clarusq; dies etiam  
nostro fauet labori. Vosq;, cum annosis (in quibus prudentia vi-  
get) Docti Iuuenes, voce, et votis, et animo talem celebrate diem.  
Dies inquam memoranda semper, quae ima supremis, coelestibus  
humana iuncta conuertuntur. O ter felix, et amplius, pisaru vrbs: Pe-  
rusinaq; domus beata, gaude: quae quo bene semper sit, ac beate  
viuatur, tam Deo videlicet, quam intellectu, tot, talesq; indies pro-  
ducis alumnos. Cuius rei crebra celebriq;, volitante fama euocati  
nos ab Inclyta Roma, huc iter emensi sumus, vt de more studiu  
regeret. Hoc primum nobis institutum fuit. Deinde vt etiam in lu-  
cem tantos ederemus labores. At secus est caelo visum, summoq;  
tanti. (Scire enim pati iustum, et sanctum est.) Nam diu atrox,  
perfidia nobis incostans, ac saeuens fortuna, i casus egit aduersos, du  
prope fuestam in egroracionem coniecit. Sed a Deo, a quo sanita-  
tes donantur, et cuncta bona descendunt, reuocati sumus ab ipsis  
Orbi faucibus. Idcirco cum no possim nunc omnia, parua haec sal-  
te munuscula vobis offero. Vos vero Scholastici Sapientissimi, pre-  
sentes Tractatus hylari, qua dantur fronte accipite, maiora (an-  
nuente Deo) propedié suscepturi. Perusie. Die. V III. Februa-  
ril. M. D. L.

**Argumentum, quo singula ordine exponenda  
aduersus execrabiles maleficos, vene-  
ficosq; perstringuntur.**



Apocali. c.  
vltimo.

**Q**VIA nostrę sunt partes, neminem lædere, et omnibus Bene facere. Idcirco aduersus maleficos, veneficosq; et scripsimus olim hunc cõmentariolum, et nunc datum in lucem. hoc etiam alacrius, et libentius, quod eius generis homines altissimi Dei ira a consortio electorum suorum in summę reuelationis titulo efficit ad tartara, dum inquit, Foras canes, et venefici. Cũ vero illud omnibus constet Sapientes omnes, presertim q in domino sapiunt: tot hostiũ insidiis patere, et teneri, quot ignorantes habet aduersarios (Sapientię n. ex diametro opponitur ignorantia, nec vlla pe- stis grauius ei nocet) malignitati huic volumus occurrere, et bo- nos, fidelẽsq; ab huiusmodi ignorantium iniuriis vindicare. non potest. n. non nocere ignorans, et iniuste agere, iuxta illud Pro- pheticũ, omni ignoras malus. nec mirũ. quoniã sũma dispersita- te, et oppositioe priuatiua inuicem aduersantur: velut infelix cæcitas, et visio rerum omnium apud omnes optabilissima: velut alma lux, et inertes tenebrę.

**Præfati Argumenti, Correlata: seu Cau-  
telę pro Principibus, et Inclytis.**

**Prima Cautela.** Parimodo tam pii princeps, quãt- mis, tam bellipotentes, quãt etiam Reges Inclyti/ quauis Septi ar- men in emulatiũ, malignantiumq; cateruas incidunt, vnde non da- tur euadere, Nam qui sunt Zelantes iniquitatem, emuli sunt, et i- uidi. De quibus bene Poeta ille. Alta petit Liuor, perflant altissi- ri potest. feriuntq; sũmos fulgura montes.

**Secunda Cautela.** Vtrog; Lumine aduertenda, (quanquã inualidum) ad Principes et Inclytos. Et secundum cœleste oraculum, populus est, qui et stultus, et insipiens. (populus .n. quasi omni labe polutus.) Hic neq; deum timet, nec homines quanq; prophetas & factos, veretur. Quoties. n. populus ille dure ceruicis, & erga bñfactores semper ingratus summum Antistitem videlicet Aaron, Eximiũq; inter Prophetas, ac mitissimũ virorũ; Mosen, Lapidare voluit: vnde Moses inquit. Cepit populus m̃- ducare



ducare: et bibere surrexit ludere: et infāda scelera pagere. Tūc. n. Idolatriā palā instituit / oī penes vitulū cōsiliū inuentu diaboli, alt. isti sunt Dīi tui Israel, qui te eduxerūt de terra Aegypti. Nu- EXO.32.  
mero etiam plurimo vtitur, vt maiorem Idolo exhibeat reueren-  
tiā, in summūq; dedecus altissimi / equibus sex centū milia bellatorū  
arma ferebant, demptis q̄ plurimis / quos in manu forti eduxerat  
oīū dominus. Qui tranarunt maria, et cum tanti essent / nec qdē EXO.14.  
vniū pedem tinxerit aqua. Stolidum nempe populum Omnis Sa-  
pientiā Schola dānat. Vnde et Cicero pater patrie, virtutū / et elo-  
quentiæ splendor inquit, non esse rationem in vulgo, non Cōsili-  
um, nō discrimē (scilicet inter probos / virtute, literiq; illustres, et  
homines inutiles, atq; arboreos.) nō quamuis diligentiam (nisi ad  
maledicentiam / rodendamq; famā bonorum.) Quos et clariss.  
vatum nouit vergilius dum inist. Scinditur incertum studia in  
contraria vulgus.

**Tertia Cautela.** Hunc damnant et exteri. Nam O-  
thanes itidē Persarū Doctissimus  
aiebat. populari multitudine, nil esse insolentius / brutum,  
propriūq; nil intelligere (ni vt faciat mala) absq; consilio habitum,  
in preceps / vt torrēs. Demosthenes Reip. velut impenetrabilis Cly-  
peus, malam bestiam populum vocat. Plato Beluam multorum  
capitum (Vt si Hydra esset, pollutius tot venena sibilās.) Nos  
vero affirmamus / quōd ingens bestia sit, sine capite. (De malis in-  
telligitur. Nam qñq; est verum / sed raro, illud elogium. Vox po-  
puli, vox dei.) Idcirco Horatio teste / populus omnis temerarius /  
demens / perfidus, et fraudulētus. Nam Lingua potēs, et mēdaciū /  
maliciūq; futilibus: at in omni opere bono & sapientiā / inhabilis,  
et expletus. Plebs enim / errorum magistra, auctoritates patrū ne-  
gligens, sapientiam proborū irridet: cum nil bonis nilq; certi perci-  
piat / et quæ optima, ignorat semper. Casu vt quadrupes ducitur,  
nō ratione, experimentoue. Ceculentē sequitur fortunā vt in plus.

**Quarta Cautela.** Quōd Sophorum pater & legū  
Aristoteles, haud in politico vr-  
bis corpore, hos vulgares enumerat / sed foris excludit. Dum ma-  
xima turba eorū sint Lanarii / agasones, muliones indomiti / men-  
daces semper Nautē, et blasphemī. Comentarii / aselloq; comites,  
fraudulēti pistores, caupones / vbiq; insidiosī. In his exactum nun-  
quā inuentes Iudicium. At si capite quandoq; carent, pro Reip. in  
coetu latrant / dant inania verba / et sine mente sonum. Sicutq; ani-  
mis ignobile vulgus. Voces vt mugitus bouū numerantur / at non  
ponderantur sententiā / ibi dum nulla prudentia vigeat. Omnes tūc  
de æqualitate contendūt, cum nil sit tam inæquale, quā ipsa stul-  
torū, ac ignorantum æqualitas. Ast si quæ a sapientibus salubriter  
instituta sint / vt de moribus / de scientiæ monumentis, ad com-  
mune bonum edocendum. illustrandamq; Remp. verboso impetu,  
(si factis non valent) ac latratibus, et Ignoracione (tam negationis,  
dum nil sciant, quā prauę dispositionis ad sciendum) nituntur



vt in peius labantur. Sequiturq; canum latratus in auras. Qua in re,  
 Diuus, et coelebs ille Hieronymus dū huiusmodi latratibus occallu-  
 erit, egre tamen ferens in proemio Iob scribebat. Audiant qua-  
 propter iquit/canes mei. Nosq; in huiusmodi laboriosis lubricatio-  
 nibus, hoc Ignauum pecus/crebro experimur, dum non nisi hos ru-  
 dentes habeamus hostes. At Senecam audiamus. Tam turpe, inquit  
 tibi sit laudari a turpibus, quā si lauderis ob turpia. Sed ne tāl  
 euigilati labores ab his diripiantur emulis/vos Inuictiss. Principes  
 vestra defensate munera, defendite Docti. Nam elephas Indus non  
 timeret culicem.

**Quinta Cautela.** Igitur vere nobiles, et eruditi/ac  
 vrbium Duces/Regesq; Inclyti  
 hęc penes vos/sapienteq; longa die fidos, seruate. At prothome-  
 dici/non populari aura, vel questu / sed ratione, et experimento  
 moribus, et sapientia prestantes. vtq; exertes, seu tanquam ceteris  
 digniores, vobis selecti. presentes Codicillos habeant in manibus,  
 aut in vestris condāt Archiuis. Non parua adhuc Cautela vsi, ne ad  
 Empiricos: aut tam Ignaros, nomine phisicos, q; aromataria-  
 osq; seu pigmentarios mercatores, et auaros perueniant. Auaritia  
 nempe idologe seruitus, omniumq; malorū radix ipsa Cupiditas. in-  
 quit olimpius Doctor. Cunctorq; errorū ignorantia mater: vn-  
 de nec rudimenta quidem Grammatices sciunt/haud cōcordātiā  
 vnā, discordantias sine numero. Nil intelligentes legunt/et tunc  
 propriū eorū est nescite, aut singula e contrario percipere. His et le-  
 gumuli patet. Omnes. n. Deiformis Sapientie/sacrę legum, et  
 bonarū artū mōstras a quibus ne videamini venena addisse venenis,  
 cauendum. Iterum id seruatoris recolite (Meministis enim) No-  
 lite inquit/sanctum Darecanibus/neq; mittatis margaritas vestras  
 ante porcos/nequando conculcent eas pedibus, et cōuersi dirum-  
 pāt vos. Sicuti acer ille Danielis vrlus/triplici dentū ordine/mul-  
 ta cruento ore vastans reliqua vero exesa, pedibus cōculcabat. I-  
 ridem illud Altissimi memorare potestis/dū abolitam legem, Hef-  
 dras supremus Antistes, totam pectore hauiserat. Diuinorq; pneu-  
 mate cum delectis Scriptoribus/ipsam in proprium reformauit de-  
 cus. Mandatq; Dominus, libros Mosi, sanctę ac legis scripta, om-  
 ni populo tradenda fore. Quę vero secretiora erant Mysteria,  
 tantum doctis Senioribus Israel.

Math.  
 cap. vii.  
 Dani.  
 cap. vii.

**Sexta Cautela.** At memorādū, quod penes Gra-  
 coseuenit, nō ab re censeo. De-  
 enim Eleusine (quod Atticis tanquam tutelare numen pręerat.)  
 verbo clā/ac sensu obtruso, sacra scribēs Heraclitus, nomen sibi  
 adeptus est obsecritatis/dictusq; Scotinos, seu tenebricosus, Quę  
 haud multo decurso tempore/Philosophus ille non Ignobilis Hu-  
 menius enucleauit: vulgoq; patefecit arcana. Qua ex re, i som-  
 nis sibi meretricum habitu/Eleusinas Deas adesse vidit. (Tunc ea-  
 nim sensit numen insensum) declarantes aliud nihil, nisi fore vt  
 illius arte fieret: earum Mysteria ab ignorantium hominum men-  
 tib



tibus seclusa, et abscondita penitus: iam passim vt cuius cum inuis  
 sis mediocriter versato reiecta: vel in medio, veluti triuis existere.

## Septima Cautela

Id vero sciendum, qd Alme  
 Sapientie decus, ac literarum  
 Maestas est, vt ignare multitudini / Opera rerum etiam mul-  
 tarum obiticiendo ipsi illudat. (Sic videntes, et audientes, nil intel-  
 ligant.) quibus possit a dolis malitiae vitiate, et a vulgata vilita-  
 te defendi. Quae in re, Inconsulti abeunt, sedemq; Odere Sibyllae.  
 Idcirco adhuc / pcul / o / pcul este p fani / coclamat vates. (Taque  
 a rebus myticitis semper alieni.) Quauquam / esto / qd tot sudores  
 si ad perfidos obloquentesq; criticos deuenerint / illis tanq; Didonis  
 tridem Atacis, et Goliath (vt potius reor) gladii sient. quia non  
 eorum sunt questi in vsu. Aut veluti Aurum Thoiosanum erunt,  
 videlicet / in laqueum, et ipsos ruina / et scandalum. Dum se-  
 cus, quam inobsequabilis Dei voluntas, et nostra egerint: tandem  
 eos vt iniustissimos possessores, impia aeternum habebunt tartara.  
 Si et principes optimi, rebus fessis prestabunt opem, suasq; artes  
 seruabunt: que et Anchise sacri. Fabium Max. docentis fuerunt.  
 (qui et Romanis, cunctando Romam restituit.) Quarum prima, Pa-  
 etq; imponere morem. Dehinc: Parcere subiectis. Demum Et de-  
 bellare superbos.

Aenei  
 Sexto.

## Octana Cautela

At quia vti multiplice cautela  
 sepius opem praestat, Idcirco  
 de perfidis inscientibus memorandum / quibus non nisi temeritas  
 vt casus in brutis: vbi nec ratio constas / aut consilium, sedem inue-  
 nit. Tota res eorū est inuenta fallaciis / seu futilibus nugis, aut ad  
 vsuram / vel quæstum, aut superstitionem / & errorem: seu propi-  
 nam latalia: vel crebro ad irritandas inter probos, et fratres  
 discordias: quos nec quidem terra sustinere valet, Salomonis te-  
 stimonio. Ausi omnes immane nefas, veluti bilingues Afri, omni  
 fide, et religione nudi: agrestes vt Getæ: et infreni / vt Numidæ: su-  
 rentesq; vt Barcae. Tu vero / tu Sapiens fuge / hosq; vt labem, Sty-  
 giamq; paludem deuita. veluti et Scarabæos / inter armigeram  
 Iouis alitem / enumera: At miseranda semiferorū licentia / et In-  
 scitia contumax perfrecta fronte, stultorum: penes quos in elo-  
 quendo vltum scire datur / nec verum / nec falsum nullo discrimine  
 offert. Num viden? Quid? Dum inanibus verbis vtitur cum ru-  
 dibus, (quibus et semper fuit, et erit, incognita virtus) apothecarq;  
 discutendo / vt canes: ibiq; sedentes ociosi / honorarios Iudices,  
 taquam medios / morumq; censors / dum in sapientes garrunt,  
 sese preferre videntur / eorumq; facta / passim scrutantes. Quod  
 primus stultorum est gradus: videlicet / aliena facta querere / suorum  
 vero obliuisci. Hi causas rerum ex toto ignorantes / et effectus,  
 haud Doctorum tabellas tetigere digito.

## Nona Cautela

Sapientia Igitur, virtutesq;, stolidis;  
 vt gallo / semper inuisæ, lux vt al-

B4 ma



ma solis fœdis, cecutientibusq; noctuis. et velut inter moenia di-  
ruta, Striges, maliq; omnis Bubones, noctu ululant. Sicq; Docto-  
rum scientias, simulât/tanquam Simiæ, quæ visa fingere conâtur.  
De huiusmodi improbis, videlicet æquiuoce dictis, dum de Maligno  
homine, volumine suo/(Quomodo scilicet cognoscitur: Quibus  
poenis examinandus: et qualiter fugiendus:) Largiori sermone  
diceretur. Hi nempe ex illis sunt, de quibus cõquerentes/sacræ minant  
literæ. Sodomitæ pessimi erât/et peccabiles nimis coram domino.  
Cui visum fuit, vniuersum orbem, sceleri tanto dignas non posse  
inferre poenas. Idcirco acer sui numinis Deus, Olympo descendisse  
dicitur: vt Geneseos sacra testatur historia. At/qui vaico actu  
infinito intelligendi, cuncta vt præsentia Lustrat: cuius sunt omnia  
plena, dum cœlum, terrâq; implet: et quodcunq; vides/aut moue-  
tur, in ipso est/descendisse tamen ad tam infandum clamorem di-  
citur, vt tantum scelus castigandum videret. Sicq; cū flammis sul-  
phura pluit. omniaq; in fauillam actutum soluit omniū domi-  
nus. Collapsiq; cineres, cum maledictis æternum animabus ad Im-  
pia descendunt tartara. Quos tanquã hostes acerrimos, ac Riep-  
ueriores: ante diem/ et tu pie, Inuidissimèq; princeps, a cœtu  
fidelium ad Ignea ipsorq; loca deicis. Nã fœdi huiusmodi homines:  
detestabileq; sunt sæper. Tu vero inter Grandiloquos eris dignus,  
atq; sublimis/gloria, fama/Triumphis. Quod enim sacrificium  
tã pingue/ tamq; acceptabile Domino, quã huiusmodi mactare  
perfidios? Cui et tam pio operi, illa prudentissima coniux, in-  
nata, solertiq; vigilantia fauet. Quæ Auis/Atauisq; potens, cla-  
rissima Hispaniarum familia, altorq; sanguine nata, tam pia propa-  
go. Semeng; imitata paternum, hoc Gomorreorq; genus, semper  
habet innisum. Quo fit, vt hanc Diuinum numen, tã pulchra sobole  
cõnubio stabili, florentissimoq; regno sine fine decoret. At quia  
hac noua virtute, itur ad astra. Idcirco longæuos in cœlum, velut  
sui numinis defensores, in æterna tabernacula i corruptibilis Im-  
perii (vbi omne bonum) accipiet Omnipotens.

**Ultima Caurela.** Seu Correlarium. Tomus igitur  
hic primus, perquam rarus, ne-  
q; hactenus in lucem editus: Regium Opus/Iure quidem à Sapi-  
tibus vocatur. Ideo quod et in nomine Dei nostri (qui per essentia  
omnes ægritudine, etiam extemplo sanat.) Accidentia, ac Reme-  
dia præsentanea, cõtra multiplex, et lætale venenũ, Physico/hu-  
miliq; sermone referam: vt minus docti, nobiles tamen, probi,  
et fideles/clarius percipiant. Et primo quidem, quod Caurela va-  
ria iam lata, annotamus: sic Auripigmenti species. (vt à multis  
creditur) quæ vulgo Rife gallus dicitur.

P R I M A  
**De Risagallo Cap. i.**

**Risagallus.** Est calidus, et siccus in quarto gradu / pe-  
tens cor.

**Accidentia.** Que indicant aliquem ipsum Sumpſiſſe :  
sunt, dolor lateralis pungens, cordis tremor,  
remiſſa febris, vix ſenſibilis, pulſus, et vrina ſine alteratione, quicq;  
a nullo medico cognoscitur, et ad mortem tendit de facili.

**Remedia.** Dum cognoscis veneni qualitatem per ſigna  
ſupradicta.

**Recipe.** Sanguinis leporini vnc. med. pone i vrina pueri virgi-  
nis, q nō trāſcendat ānos . X II . et ſit ſanus, et vi-  
num bibens, et per mitte ſtare per quatuor horas. Et detur mane  
in Cyatho / ſeiuno ſtomacho. nec comedat vſq; ad meridiē. Dein  
de infero ſumat electuarii Miſtridatis doſim vnam, et deo volente  
liberabitur ſtatim. Doſis eſt quantitas ſumenda iuxta ætatem, et  
cōplexionem ſumentis, videlicet plus, minus, p vt ætas grādiōr eſt,  
et complexio robuſtior.

**De Napello. Cap. ii.**

**Radix.** Est Napellus cuiusdam herbæ: cuius tres ſunt ſpes. vt:  
infra videbitur in documentis. calida eſt, et ſicca in  
quarto gradu.

**Accidentia.** In eo, qui ſumpſit: ſunt, vrina nigra, do-  
lor torius corporis ſine febre, pulſus ſine  
manifeſta alteratione. interdum, et vomitus, et proſtratio, et  
corruptio appetitus.

**Remedia.** Recipe theriacę perfeſtę doſim vnam, et da in  
ſero. mane autem fac, accipiat oua gallinæ:  
cum puluere vnicornis, et ſtatim ſanabitur. Quod ſi non potes ha-  
bere puluerem predictū accipe pyretti, gelenabin. i. Manne Ana-  
cardine ſimul miſce cum oleo cōmuni, et da in cyatho, et libe-  
rabitur.

**De Mercurio, ſiue argē-  
to viuo. cap. iii.**

**Accidētia.** Ab Argēto viuo. proueniunt, vomitus, De-  
bilitas, Dolor ſtomachi, et inteſtinorum.

**Remedium.** Recipe piperis longi, pulueris vngularum  
vaccinarum cōbuſtarū, Rafani ana partes  
æquales, et decoque in vino rubro vſq; ad conſumationem, deinde  
remoue ab igne. miſce oleum roſarum ana cū dicta cōpoſitione,  
ſumat mane, et in ſero, et liberabitur.



S E C T I O

## De sublimato .cap. iiii.

**Accidentia.** Sublimati sunt, vomitus cholere prasine, venenose, abominatio cibi, dolor capitis, sine pulsus, et vrine alteratione sensibili: aliquando etiam apparbit. sunt, et alia accidentia, qualia sunt ab Arsenico. Ideo vide infra, vbi agitur de arsenicoloco suo.

**Remedium.** Recipe acetum fortissimū vnc. ii. et pone in eo cor galli. deinde pone vtrunq; prope ignem (ita tñ, vt non bulliant) per duas horas. Tum extrahe cor, et pista in mortario, et misce cū rāto aloes hepatici, et da sumēdi quomodo libet. Nam vere attrahit hoc cor galli spatio trium horarum, venenum ad se. A quo sumptis post dictas horas, pillulis euacuatuis, liberabitur.

## De Martacone .cap. v.

**Martacon.** Herba est calida, et sicca in quarto gradu.

**Accidentia.** Sūt, sicut pleuretici. Ideo medici i cognitione morbi, et remediis applicandis, decipiuntur.

**Remedium.** Recipe succū Saluie, abinthii, petroselinū, an vnc. med. in quo succo pone rasuram vnicornis ad pondus ʒ. i. Misce bene omnia simul cum cochleari prope ignem, ita vt nō bulliant, sed caleant vsque ad tepiditatem. Tepida sumat patiens, et annuente Deo sanabitur.

## De Opio .cap. vi.

**Opium.** Ex nigro papauere cōfectum frigidum est, et siccū, ac per consequens terreum, licet in quarto gradu sicum / inspissatum / constrictum. nec spūs vitales, qui sunt in corde, aiales in cerebro: naturales, in Hepate: discurrāt, vt debent: impeditur, ne germani sese cōplectātur, et foueant ventriculos, et mēbra. Est stupefactiuū etiā, mortiferū, a proprietate venenosa.

**Accidentia.** Summę frigiditatis sunt. somni proditas, frigus, cum rigore.

**Remedium.** Artemesia cum vino bibita. Item theriaca cum modico vino sumpta. Item sirupū bibat acerosū, cū abinthii succo, et modico castorei, ac pigeris.

## De Mestruo mulierum .cap. vii.

**Accidentia.** Sunt phrenesis, alienatio mentis, sine febre sensibili.

remediū



**Remedium.** Recipe sanguinis vespertilionis, fellis capre, lactis canini an. ꝑnc. i. sumat, et liberabitur, et nora fore, vt patiens somniet demones, prelia sanguinolenta, et similia. Quare medicus debet bene interrogare ipsū de somnis suis.

## De veneno Serpentum. cap. viii.

**Accidentia.** Sunt, phrenesis, siue ( vt greci ) phrenetis. capitis dolor. quassatio, atq; lassitudo, rigor in toto corpore, totiꝫq; corporis tumefactio, et inflatio. in qua sanies nigra, et viridis cōmixtę tandem apparent.

**Remedium.** Recipe alliorum syluestrium ( que scordia tuffali ), et piperis an. i. partes æquales. omnia bene cōtusa cū fuerint in mortario: misceantur optime cū oleo cōmuni, idest oliuarū, et Theriacę castę; frustulis seu fistulę an. ꝑnc. me. seu vnciã semis. detur in potum, et statim sanabitur. Sed summa sit, et pro serpentium veneno, et pro reliquis etiam venenis maximum tuuamen impertiri, et ægroium sanari, si serpētis cornu tangatur patiens, vel si ipsum cornu alligatum teneat in brachio sinistro, et hoc ratione cordis, quod in ea parte sedem habet, veleiusdē cornu puluis bibatur ab ægrotate. Quin etiam dictum cornu, si supra lalem quiescat in tabula, mensa ve: vbi positum sit venenum: illico sudabit, et sudore suo venenum ibi adesse manifestabit. arcanum ꝑ regibus maximū, plurimiq; faciendū, et quod vere regium potest appellari. ac ne dubites, quod cornu queri debeat, quod hæc præter: sciendum est peti debere cornu serpentis, quicerasates dicitur a cornu, quod cornu hē ad hæc appropriatum.

De Cornu Serpentis. De quo etiã Sectione quarta.

## De veneno Scorpionū. cap. viiii.

**Remedium.** Accipe oleum scorpionum rectificatum hoc est distillatum per vitreū instrumentū vulgo dictum elambicum vitri, et da patienti cum puluere vnicornis solum, et protinus sanabitur. De quo admirabili scorpionum oleo, infra copiosius dicitur.

## De veneno Tarantule: que Stello latine dicitur. cap. r.

**Accidentia.** Sunt eadem, que hydropici. vt operationes imperfectę, sitis, sōni parcitas cū angustis.

**Remedium.** Accipe Hellebori nigri, rute saluę succij, papaueris albi an. ʒ. i. c. seu grana viginti sumat, vt libet: et sanabitur.



S E C T I O

**De veneno diro buffonis, et rubere,  
eodemq; modo de Rana  
syluestri dicatur. cap. xi.**

• **Accidentia.** Sunt, somnus, et dolor capitis, est et vomitus, et hæc accidentia ante diem incipiunt apparere. Si vero atterminatū est per .x. dies/in nono, vel octavo die signa publica apparebunt.

• **Remedium.** Recipe carlinę .3. ℥. ℥. olei perforatę vnc. med. sumat, et subito sanabitur. Similiter ratura lapidis buffonis est optimum remediū, si sumatur cū vino rubro, aut cum aqua sumiterre.

**De veratro nigro .i. Belle-  
boro nigro. cap. xii.**

• **Accidentia.** Sunt, vrina nigra, sputum viride, et cruentum, et cetera viscosa. vnde etiam Rasis .20. continentis. cap. 2. si ex eo quis drach. ℥. sumat/tremorem cordis inducit/ardorem lingue/eructationem multam cū inflammatione/spasmū tandem ppinās/tremit, et moritur.

• **Remedium.** Accipe opii, papaueris albi, vnicornis ana. cere quā optime, et adice termentinam, et misce apud ignem/ita vt termentina liquefiat. Da, et sanabitur. Melius tamen si quasi cyatum vnum termentine calidem cum reliquis sumat. Aduerte tñ inter oīa/minus opii poni debere. quia frigidum est, et nimis stupefactiuum. Sed Rasis remediū est tale. Accipe absinthium cum vino odorifero/aut spicam, vel castoreum, ciminum, et anisum, liniaturq; corpus aqua, et aeto calefactis. recentem caseum comedat cum melle, et butiro/iura pinguis sepe bibat/cibaria vinctuosa sumat, potet vinum calidum.

**De arsenico. cap. xiii.**

• **Accidentia.** Sūt. Cor ardet, et magnā sitim inducit/hac ratione. quia summe caliditatis est venenū, Lætaliterq; interficit, quia pessimum venenum est. Et nisi cito curetur/sæpe moritur patiens. Sunt, et alia accidentium signa. videlicet, moletia, irrequiesudo. rubor oculorū, et totius corporis ardor. Extuatio fortis/paralelis tandem succedit/quia spiritus passim soluantur/scilicet sensus, et motus. Spasmus/Tussis sicca/quandog; hamida/dolor fortis/oris vlcera, et palati/stomachi, et intestinorum mordicatio. Itaq; nisi bibat/mori se sentiet.

at

At prouidēdū est ne bibat, quia si bibit, statim moritur, vt in miribus infectis hoc veneno bibentibus p3. Aduertendum, qd vix singula accidentia hęc de sublimato sumpto etiam eueniunt. Igitur de eo supra loco suo memora.

**Remedium.** Accipe turbit grana .xx. Apii granum .i. Opii granum med. & sticados granum .i. terantur omnia, & resiciantur cum Electuario Anacardino, vel sumatur cum Sirupo de liquiritia, quod est melius.

**H** EI mihi /horrendum dictu referam. Nam dum per regnum **Digressio**  
Partenopes ( vt aiūt Neapolitanum ) transirem /quadam die **Authoris,**  
videlicet sabbati post E piphaniam, amicus quidē sētus, me re- **qui, et ta-**  
cepit hospitio, qui iam longo tempore /dolum simulare didicerat. **lia passus**  
hic sacer erat, vnde de eius similibus etiam est propheticum illud. **fuit.**  
Adomo etiam domini egressa est iniquitas. Item alio in loco. A  
Propheta vsq; ad sacerdotem /cuncti faciunt dolum. Nam hic cō-  
tra fas omne /Iura hospitalitatis fregit, vt equum cum mula, &  
libris, vt p̄do raperet. Sic in cēna vinum rubrum infectum ar-  
senico propinavit. Illico in colore post primum haustum cognoui.  
At Germanus cum seruo /sepius bibit. Idcirco anteq; a mēsa sur-  
gerem, facta est mihi lingua ingēs, & sicca nimis cum gutture. Ita  
vt loqui /nec quidem verbum formare poteram. Nutibus tandem  
perceptis /hinc, & hinc me suscipientes, ad cellam aromatum, va-  
lido motu me recepi. Theriacam cū vnicornu in aqua sumpsi. Na-  
tura enim non deficit in necessariis (inquit philosophus primo cō-  
li). Quidam enim Heroes, et mei in studio condiscipuli, elargiti  
multa frusta dicti vnicornis fuerāt, vadimus dormitum /tota nocte  
surrexi, & solam guttam vrinę emittebam. Dixisses ignē esse  
congelatum, tale lotium. Germanus cum seruo mente capitur.  
Sicq; impos mentis, sellam mulę cū galero in ignem proiecit. Nos  
ambo contra canonem de Arsenico egimus, quia .n. siccitate vs-  
debamur mori. Ideo quasi semper per totam noctē bibimus. a  
tamē aquam in cratera vitri positam /plenāq; simul tā aqua /quā  
dicti vnicornis, multiplicibus fructis. At Deus tāta miseratus in ter-  
ra hostium discrimina /iamq; illucescente aurora /vniuersum con-  
tra mouit oppidum aduersus malefactores nepharios, e quibus vnus  
autifex. Et qui per vniuersam noctem innumeras in carne punctu-  
ras veluti acuum senseram, in mane nil mali habui, nisi quod vis-  
sone quasi priuatus /cuncta que vtrunque cernebam /seu literas aut  
reliqua etiā /cūcta mihi vitidta apparebāt. Ad sacrosancta Missagē  
solemnia adii, & ad palatium reuersus, priores honestum paratū  
prandium: primatesq; singuli astabant, super nos dolentes. Exēp-  
ta fame. tunc in aure fratris intuli. Heu fuge crudeles terras /fu-  
ge littus auarum. Sic iter aggressi, delinquentes inuenimus perentes  
castrum, vt spolia lumerent. at nobis visis /aufugerūt extra viam,  
veluti a venalibus pauidi lepores. hęc scribere curauī, quia mise-  
ris, & patientibus /nostris impensis succurrere didicimus, & vt  
experto credatis de accidentibus Infandi veneni, atq; remediis.

S E C T I O  
De alchali . cap . riiii .

**Alchali .** Herba , de qua fit vitrum / videlicet / ex illius sa-  
le / sine quo haud vitrum ( quod cristallinu ap-  
pellant ) fieri potest . quidam Sodam / alii Rocham vocitant . Et  
in cibo , & potu interficit .

**Accidentia .** Sunt / Dolores circa hypochondrium sinistrū  
Instantia superuacua , Inutiles vigilie / pul-  
sus interfectus , vrina valde rubra , et surfurea .

**Remedium .** Recipe olei Amigdalorum amaranū , ℞ ij .  
( seu grana frumētī , aut ordeī nūo . 40 . )  
et vnicornis grana . 4 . Sic reficiantur cum aqua vitæ optima / et  
miscantur cum auro potabili . ( De quo infra Sectione vitima ) &  
oportuno tempore patienti propinentur .

De Helleboro albo : cap . xv .

**Est .** Venenosum / et nimium naturam hominis prostermit . Et  
omnino / Diuus Mesue admonet ( videlicet De simplicibus  
cap . vltimo ) ab ipso abstinere .

**Accidentia .** Sūt / fluxus sanguinis diuersorum et colo-  
rum / Sitis maxima , et imperiosa nimis . et  
corporis consternatio / cum laborioso anhelitu / ac si semper sitien-  
do / semper bibere velles .

**Remedium .** Accipe Balsami grana . ij . Mirthe granū  
simul / & exhibe cum aqua ardenti optima / et auxilio diuini mu-  
neris / cito sanabitur .

Ad morsum oīuz animalium vꝝ  
venenosorum . cap . xvi .

**Optimum .** Et Admirabile Remedium est / quod sequitur  
animalis , et oleo Scorpionis / si fuerit Scorpio / aut Serpētis / si ser-  
pens fuerit , et vulnus vngas .

De venenatis vulneribꝰ . cap . xvii .

**Ad** vulnera vero venenata / cum venenosis illata ferris / vt sunt  
pugiones / tela / enles sagitte , & huiusmodi .

**Remedium .** Accipe propria veneni remedia / de quibus  
supra / aut in simili facta est mentio / sciasq;  
si possibile est / quod fuerit venenum , quo infectum fuit ferum .



Ac post exhibitionem eorū. adhuc eidem vulnere (ut fit) in moribus aīaliū venenosorū, pcedas. Et annuente Deo sanabitur/a quo cūctę sanitates, & oīa bona descendūt. Qui fit benedictus ī Secula.

## De supradictis conclusio, & de proprietatib<sup>9</sup> vnicornis cap. xviii.

**A**T quia supradictis in locis facta de vnicornu mētio fuit. Ideo dicitur vnicornu centies probatum, nedum in prefatis/verum etiam ad singulas ægitudines/signanter prefocatiuas. Vt est Dolor colicus: qui tantę malignitatis est/vt eodē/intestina terebro perforari videantur. Ac etiam in pleuresi/seu dolore laterali/seplus expectum fuit/quod cum aqua ordeī sit singulare remedium, propinatur tamen tribus vicibus/de quatuor in quatuor horis, sēp ad pondus scuti aurei/tam de die,quā nocte. adde etiam cū vnicornu, pro medietate cornu cerui adusti/ac etiā modicum dentis fulminantis Apri, sed optimē puluerizati. vñ scito, q̄ vbi aer est frigidus, & (vt dī) subtilis/raro viuunt/quia materia colerica, & nempe venenosa ex subtilitate mediū/seu aeris transit interiora videlicet p̄cordia/infectoq; corde/homo hac ægitudine (vt in pluribus) moritur. Isto tamē Remedio nūquam quis mortuus est. hoc autē est Inuētū Authoris. & hęc tria simul iuncta/seu mixta in nullo alio inuenies loco/nisi in Tomo presentī,quū adhuc nō nisi modo detectum fuerit. Et hoc propter christum/in presentia reuelatum, et vt Scholasticū q̄ maxime, p̄seruari possint ī hac perusina vrbe, vbi aer ita penetrans viget/quod vix sustinere valent municipes, et quīn ea traxerunt originem. Tali. n. remedio/in bienio bis centum Author ægros/videlicet/hac ægitudine pleuretica laborantes/ex templo sanauit. vermes etiam seu Lumbrici (de quibus tres dantur species), et multi letales ac mortiferi/in globum etiam contexti, huius vnicornu p̄cise remedio, efficiuntur a corpore tā Infantum/quā senum. pilosi scilicet, et sanguine graues. ac etiam quī sunt breues, & admodum seminis cucurbitę. vnde de vermibus inferus dicitur etiam de mente diuī Mesue/vbi de oleo scorpionum admirabili Arcano Authoris/adhuc non reuelato, dicitur. Quin etiam p̄focationem matricis illico cū huice mulcata, et albo vino fragranti, & calido/in matribus videlicet nobilibus, ceterisq; mulierculis sanat/vt crebro expectum fuit. Quid vero efficacius dici potest? Dum enim arcis custos / (vt aiit Castellanus) Arcis in Ronziliono. cui nomen Scaramutia de castro, Dum cum Authore/Authorisq; nepote cenasset. Qui gñalis auditor/erat, et Doctor legum/sat clarus, & in vrbe notus/cui Dñs Sebastianus donatus est nomen. Tunc in nocte castellanus dolore colico, & intestinoꝝ torsionibus capitur. physicus omnia tentans nil profiebat, & hora prandii auditor ait (dum limpha daretur manibus) An castella

De vnicornu, & aīali vide Sectioē . 4 . cap . p̄prium,

SECTIO PRIMA.

castellanus nosse doloribus mortis vexatur. Cucurrit Author, & ait: Ne castellane dubites, Arbitror. n. q. non inuento hic Summo Pōt. Deus voluerit me hodie tecum moram trahere. Tunc ægrotus, disponite inquit hodie pro sepultura/ quia non possum plus talia dira pati/ ideo hodie terre mandatis corpus meum. Tunc puluere; huius vnicornu author disposuit cum nuce muscata, & vino calido videlicet fragrati, & electo. Dum igitur Author ab Auditore expectatus/ anteq. prandium terminaret, delatum est nouum / q. iam sanus castellanus esset. Qui indutus arcem exiuit. ibiq. secus portam sedens. visq. Authore, reperens clamabat. Miraculum. vñ etiam Idem / Episcopo castri lras misit, quas, & tunc Max. Pōt. Paulus Tertius legere audiuit. Hoc igitur vnicornu tot virtutes continet / que non possunt explicari sermone, & nempe pro Regibus Antidorum. vt Sectione vltima / suo loco dicitur. Quod semper ab illa iactura de Arsenico iam narrata, & quam passus fuerat cū germano / semper tanquam suum Bezaat secum defert. Quia igitur in manibus sedet ipsius Authoris / est q. difficillimum vt possit inueniri / qz maxime dum necessitas urget. Idcirco de illo volentibus (si alibi dictū vnicornu non inuenitur) libera manu propinabitur. Nam mandatum a Deo habetur / vt sacre tradunt literę / vbi dicitur. Mandauit Deus vnicuiq. de proximo suo.



# DE MONETA

RVM POTESTATE SI

MVL ET UTILITATE LIBEL

lus aureus , autore Gabriele Biel.

Accessit eiusdem argumenti Materia, ex libello Ioan  
nis Aquilæ consultissimi Iurium Doctoris,  
quem quidem ad praxin mire utilem  
olim conscripsit.

Item de ualore Numismatum priscorū secūdam Mo  
netam Nurenbergeñ. autore Bilibaldo  
Pirckeymhero.

Adiecta est quoq; epistola nuncupatoria  
de Nouatione Monetæ.



